

Franckesche Stiftungen zu Halle

Tabula Votiva Qua Venerandi Patris Io. Anast. Freylinghusii Diem Natalem LX

Freylinghausen, Gottlieb Anastasius

[Halle], [1729?]

VD18 13270125

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-214491

Gaudeo,
iucundissimum iam redire diem,
quo
ante LIX annos in lucem es editus.
Deus,
vitæ auctor, custos, dominus,
TE per longum adhuc tempus servet,
salvum incolumemque,
florentem
bonis omnibus, tam spiritualibus, quam iis,
quæ pertinent ad corporis vitam!
Efficiat
TU A opera, TUIS sermonibus, curis, precibusque indefessis,
ut,
deserto peccatorum servitio,
ad frugem redeant multi,
discentes
amare CHRISTUM, eiusque imitari vitam ac mores,
quo ab eo vere collustrati,
ab omni liberentur mentis cœcitate!
Idem cœlestis Pater,
in TE, vicario pupillorum patre,
paternum erga hos animum conservet,
TE que adiuvet in cura circa illorum salutem:
ipsum commoveat,
ut, beneficiorum memores,
precibus TUAM expetant incolumitatem,
&
salutarem, quæ in scholis proponitur, doctrinam,
lubenti animo accipiant,
quo TU, pro illorum salute agens excubias,
ex ipsorum læto statu optatum capias gaudium!
Faxit,
ut talem quoque fructum ferant alumni reliqui,
qui cum illis instituuntur in litteris, formanturque
ad vitæ sanctitatem!

Handwritten notes in cursive script, likely a library or archival stamp, partially legible.

Propitius sit illustri scholæ,
insignitæ Pædagogii regii nomine,
quæ T U Æ etiam curæ mandata est;

atque ex ea

complures producat viros,
qui olim ecclesiæ & reipublicæ utiliter inservire possint!
Cæteris etiam negotiis T U I S bonum tribuat successum,
& necessarias T I B I largiatur corporis animique vires,
ut quotidiano labori par esse queas!

Omnes a corpore T U O avertat morbos,
ab animo ægritudines, a statu inquietationem!

Sin placeat ei,

ut aliquid adversi patiaris,

velit quoque

præbere consolationem, calamitate maiorem,
& malum quodvis vertere in bonum!

Ac

quum bene noverim,

quam T I E I non minus ac nobis necessaria sit

C A R I S S I M A M A T E R,

T U Æ solatium fulcrumque vitæ;

summum imploro N U M E N,

ut

Eam æque ac T E ab omni malo periculoque prohibeat,
omnis vero generis bona in Illam conferat cumulatiissime!

Nos etiam,

sobolem T U A M dilectissimam,

quæ T I B I adeo curæ cordique est,

B E N I G N I S S I M U S custodiat D E U S;

doceatque nos

paternum amorem T U U M grato animo venerari,
& obsequi hortamentis T U I S sapientissimis!

Votis hisce meis

impono coronidem sententia Davidica:

LUX SERITUR IUSTIS

ET

MENTE PROBIS GAUDIUM.

*Iehova robur vite mee.
Halleluja!*